PHILIPPI PHINELLÆ

DE DVABVS CONCEPTIONIS, ET RESPIRATIONIS FIGVRIS;


Et de connexione inter eas, & figuram Cœleſtem.



ANTVERPIÆ Ex Officina Plantiniana, Apud Baldaſſarem Morenum. 1650.

ILLVSTRISSIMO DOMINO MEO:
Ac Patrono Colendissimo.

D. ODO CORDEMOY
NOBILIS BORGONDVS
Dominus de Francalmont in Comitatu Borgondie.



PHILIPPVS PHINELLA - S. D.



COgitanti, diù, mihi, quidam acturus forem de hisce meis elucubrationibus (Illustrissime Domine) duo, in primis occurrerunt, quorum vnum pedes retrahebat quam maximè, imò, & sistebat: alterum verò promouebat, eisq; calcaria adolebat, & alas, Primum quidem Critrocorum erat caterua, Zoilorum Turba, ac Cylicorum multiplex petulantia, quorum lex ea est, vt dentes acuant, linguas vibrent, cõuicia iaculentur, & probra, aduersus præsertim Astronomicorũ facultatum professores; Secundum tamen erat mei meminisse Instituti, cuius ea est ratio, non

Ter-

Terræ globum;veluti manu attrectare,non inferiora rimari, non per infima quæquè vagari, minus namq; hæc digna sunt, vt in ipsis moremur,sed oculos in altum tollere, mentis aciem eleuare,sydera aspicere,Stellarum cursum metiri,Cęlũ contemplari, eorumq; aspectus,influxus,congressus,regressus,fortunos infortunosq; assidua diligentiq; obseruatione,die, noctuquè perscrutari.Hęc autem animo reuoluens,& exhileratus,lętusq; vires resumpsi, ac tandem statui,labores hos meos prælodare,typis cudere, publicęq; vtilitati demandare;Verum quia adhuc Cinicos illos pertimesco, cuiusnam patrocinio vtar? ad cuius azilum confugiam? cuiusnam implorabo tutelam? Inter tot, tantosq; te vnicum,ac singularem agnosco,qui valebis,si voles; sed ò vtinam velis,Patrocinium ergo tuum imploro,tibiq; in posterum famulatum meum deuoueo eiusquè arram pro nunc accipito huius mei Opusculi Astranomici,illud enim tibi offero,ac dedico.

PHILIPPI
PHINELLAE
DE
Duabus Conceptionis, & Reſpirationis figuris, & de connexione inter eas, & figuram Cœleſtem.





INter exiſtimatione digniora Mundi, primum ea locum obtinent humaniter quæſtum habentia, quòd ex toto ſidere eſt alicui, cum viuum reſpiciat, & internum pro cauſa eius amorem à corde optatum magnopere, quòd per verba ex ore dilucidatum apparet: Hinc talis ille, à quò quæſtum humaniter deducitur quærenti naturali quadam duplici de Capite ratione obligatus, quorum, vnus amore fretus, & alter obligatione ſupplicantis reuinctus: tacent enim, & imperant, qui amoris affectu pætunt. Ex hoc magnum inter Scriptores diſſidium ortum, cuiuſnam maior probetur, ſatisfacientis, an petentis obligatio? multa in hoc paſsu dixere plurimi, & multo maiorem eſſe quæſti quam pætentis obligationem, doctorum communior aſſeruit; Anima (inquiunt) ibi permanet corporis, vbi verus quæren-


tis residet confidentiæ ardor: quòd prò eorum adæquata ratione fuerunt. Vllum ergo non definam studium, omneq; dicendi artem amplectar, vt, ex eo, quòd rationibus puratis, fundatisq; principijs à Communi relictis, & cōfirmatis haud ægrediar, fuitur, vt iussus imperandi authoritatem habentis non prætermittar, nè amplius ad ducendum in hoc teatro Mundi, quæ in summo Astrologiæ Cælestis latent morarer, ea ergo foras ex itura intimum cogitationis meę iubilanti amplexus sum animo eris mei extermo conformen; tali pacto his susceptis, me ipsum, meamq; simul exibus genituram, quam publico quisque cerner, Respirationis, & Conceptionis duobus principijs primis hornatam profferam, & cum ex toto haud satisfacere potuero, tunc, totius saltem conquerero partem; tunc mei iannam reserabor pectoris vt, quanta sit apud me existimationis agnoscat Mundus; non tantum figuram rectæ componendi respirationis modum tradam verum, & metipsius quoq; conceptionis deuelabo per ipsam experimentum. De his tantum, solum, quantum conuenientia postulabitur, & mea permittet facultas disputabitur; tertio de Cælesti agetur, cum quà modos, quibus influunt in sublunaribus cælestia Corpora, & ordines quos nobiscum proportionatos habent Cæli in compositionæ figuræ Astrologicæ explanabimus.

Primo quodammodo Deus Dominus noster sua infinita concurrēte sapientia opem tali actioni ferat sicuti cum cælesti, vt secundæ causæ cooperarent, in corporis simetria componenda, & organizzanda, cum Angelis donis Animeq; potentijs; suum quid quam agredi potest finem, nisi suum prius amplectabitur initium, quam obrem vt huic cælesti principium operationi tribuam ita (vniuersaliter dictæ) vt tempores pagina, laborum penna, & experientiæ arramentum mihi opem ferat necesse est, latitudo inquam, longitudo, & aspectus quos influunt, vt compositionem per ista significata demonstrabuntur: sex ad figuræ compositionem necessaria primo annus, secundo mēs, tertio dies mēsis quarto horæ diei, quinto minutæ horarum, vltimo vbi figuram erigitis poli altitudo: cuius æretionis, vt verus proponatur modus cælestis figure ita, ad hominē pò exemplo dicā, in natiuitate mea, quæ fuit anno 1585. octauo die Martij die Veneris, hora 12. & 20. minutis horologij Italiani, vt enim has possitis facillime horas reduci horologij ad horas illas astronomicas, tali pacto faciatis; Ephemeridem ingredimini, & annum 1585. quæratur, simulquè mens Martij, hic

gra-

gradum si statis,& ad 7.prædicti mensis vsque Descendetis,& incollaterali septimi diei Martij in secunda columna à sinistris, Solem in signo Piscis cum 16.gradibus,& 25.minutis tampore meridiei in 7.die Martij,inuenietis;rursus postea tabulas archium semidiurnorum, & seminocturnorum in gredimini in polo 41.dum inuenistis signum Piscis cum 17.gradibus,illum uobis horas meridiei arci semidiurni demonstrare patebit,vt horas 5.& 42.minutos,quòd erit 24.horas vsque in occasum fugens Sol. has 5.horas, & 42.minut.quas signastis horis addatis,in 8.die illo per Martij;supra dicti,quæ horæ 21.& 20.minuti fuere,itaque horas 18.& duos minutos summabunt,& 7.Martij, hora 18.& 2.minutos post meridiem dicetur,memento vnum diem integrum,ex duobus componi meridiebus:hora in sexaginta diuiditur minutos.

His omnibus exacte consideratis, in quadranguli formam,vt infrà patet efformabitis figuram.



HOc ergo peracto quadrangulo, in eius medietate nempe initio primæ lineę annum 1585. in secunda inferiori linea, primum diē mensis Martij, in tertia linea has signabitis literas tres D.H.M. Infra mensem Martij, quarum literarum significata sunt, per D. dies, per H. horas, & per M. minutos. In quarta linea, septimū illum, quem liquistis Martij configurabitis Infra D. 18. illas sub H. & 2. infra M. & in huius numeri collaterali, vt 7. 18. 2. signabitis vnum P. & M. à dexteris, & post meridiem significabit sub rigum quartum adnotabitis, quintum infra tamen minutos, cum eius denominatione, dicens pręcedente coniunctione, vel oppositione tali pacto, primo in 7. Martij, quò tempore coniunctionem agressa est Luna cum Sole, & fuisse primo die Martij inuenietis. ita quoque in primo Martij, quibus Piscis Sol

Sol vestiebatur gradibus, & fuisse solem cū vndecim Piscis gradibus probabitis:itaque in rigo quinto inferiori 7.18.2.signabitis,ideft præcedente coiunctione in parte 11. Piscis:infra precedentem, sextum protendatis rigum cum poli latitudine, vbi erexitis figuram;at quia natiuitatis meæ,fuit Neapoli polum signabitis 41.itaque vestrum primum efformabitis quadratum figure vt supra signatum apparet.

Hoc prædicto efformata quadrangulo medio, vt signa 12. cælestia collocetis opus erit,& hęc iusta 12.domos figuræ,ita,vt illa,in eorum præfixi locis,& situationibus collocentur falcatis,assumetis ephemeridem,& tabulæ quærentur domorum in æleuatione poli 41.Neapolis;vbi efformata fuerit figura, & signo quæsto Piscis in columna secunda à sinistris cuius à superis initium incipit, ex 0.& ad 30.vsque progreditur,infra deinceps descendatis, quò usque ad numerum 17. perueneritis,supra denominationem habens, Sol in Pisce,& eius in aere à sinistris gradi 17.infra solem existentis,& hunc spondet numerum,nempe 23 horas.12.minutos,& 10.secundas;Hos sumites 23.12. 10. eisque addatis numeris figuræ in medio positis post meridiem 7. Martij dicens 18.horas 2.minutos post meridiem, quibus summatis numeris,ideſt horis 18.cum 23.12.& numerum formabunt 41.minutos 14.& secundas 10.ex his 41.14.10.diem vnum extrahetis naturalem,24.horarum,& 17.horæ 14.minuti, decemque secundæ remanebunt iterum, his expeditis, in tabulam domorum ingredimini in 41. polo,& in aere tabulæ prædictæ à sinistris numerum 17.& 12.inuenietis qui proximior est 17.& 10. quò secundum necessitatem vtimini.Hic gradum sistatis, namquè in hoc numero,& in collaterale 2.columnæ quæ supra habet dictum,Sagittarium, supra quoque hebens numerum 20.denotantem decimam, & iusta illum nempè secūdum illorum rectitudinem 17.& 12.gradus 20.Sagittarij,demonstrabit quòd,cum his gradibus signum in decima collocabitis, consequens tertiam columnam directè vigesimi,supra habens 8. Capricorni denominationem,& rectitudine,seruata 20.gradi 8. Capricorni. Columna quarta quæ initium habet supra 12.retinet signum Aquarium secundum lineam rectam ottaui Capricorni,& gradum demostrabit in columna quinta supra denominationem ostende, Ascendentem ideſt domus prima, Collateralem aggredimini 12.ibique signum Piscis cum 11. gradibus,& decem minutis configuratum inuenietis; In colūna sexta à latera excendentis cū denominatione 2,cū signo Tauri,cum gradibus

dbus o. In 7. Vltimaq; columna, seruata rectitudine secundæ supra, 3. & si gnum collocatum Gemini, & in latere directo zeri Tauri similiter gradus zerum Gemini, reliquæ sex domus consequentes 11. oppositum illarum collocabuntur, ideſt 10. cum quarta, 11. cum quinta 12. cum sexta, prima cum septima, secunda cum octaua; & tertia, cum nona cum 4. domo signum ponetur Gemini, cum gradibus illis, quos in decima posuistis. In domo quinta, signum Cancri cum illis gradibus positis in 11. In sexta domo signum Leonis, cum vno gradi 7. signum Virginis cum illis gradibus primæ præstitis, ideſt aſcecdenti cum octaua eos promictetis gradus, quos vobis dedit secunda, sed cum signo Scorpionis, quòd eſt oppositum Tauri. Tandem nonæ idē accomodetis signum, quòd eſt in decima nempè Sagittarium cū gradum o. Attamē, quia in hoc natiuitate cadit Aries prò signo interpoſito, quòd, vt intra primam cadat, intra 7. signum fundabitur Libræ, & tali pacto singulis domibus zodiaci singula figura proponetur celestia figuræ erectæ 8. Martij, 12. hora, & 20. minutis, Italiæ cōmunis horologij.

Hisce prædictis collocatis signis, vt eorum signis, domibus, gradibusque situentur Planetæ necesse eſt, quas, vt optime situare sciatis in eorum topicis locis tali pacto faciatis. Vtriusque meridiei ſumantur Planetæ, exempli gratia, à meridie 7. ad meridiem 8. & quæmnam fecere motum conſiderabitur 24. horarum spatio, à meride 7. ad meridiem 8. vſque intercurrente, primo 7. Martij quæras 1585. vbi fuit Sol & tali tempore in 16. gradibus, & 25. minutis Piscis fuiſſe inuenietis: deinde 8. prædicti quæretis, eisque cum 17. gradibus, & 25. minutis, faciatis eorum duorum dierum proportionalem partem, namque ab vno meridie ad alterum, & tunc 60. minutos pertranſiſſe erit compertum; si ergo 24. horarum spatio 60. connotabit minutos, quòd infra 18. horas denotabit 60. per 2. in 18. dabit minutos 45. his vero additis 16. gradibus, & 25. minutis, 17. nunciabit gradus decem minutos, & Sol in ſigno Piscis ſituabitur gradus habens 17. 10. deinde tali prædicta ordine pręcedendum de Luna, quam quęratis in 7. Martij in Tauri ſigno cum 25. gradibus, tribuſque minutis. In 8. Martij eam in ſigno Gemini cum 8. gradibus, & 45. minutis inuenietis: Hic partem quoque vt de Sole fecistis, proportionalem meridiei peragatis, vt 7. ad meridiem 8. & intra vigintiquatuor horas eius erit localis motus gradum 13, & 42. minutorum, ideſt 25. & 3. vt 30. formentur gradus

ſunt

sunt 4.necessarij,& 57.& finem hic signum Tauri facit,& 8.ac 45.dabit Gemini,atque 13. & 42. minutos localis motus: faciatis proportionalem partem,& gradus ostendet 13.& 14.minutos, per horas 18. & duos minutos , & gradus decem , sexdecimque nunciabit minutos , gradibus vigesimusquintus,& tribus minutis illis, hos decem gradus, & minutos sexdecim addatis,& gradus exibet 35.& 19.minutos:excipiatis 30.illos gradus,& 19.minutos Gemini,imo,& Lunam in Gemini prædictis cum illis 5.gradibus,& 19.minutis collocab tis:suscipite Saturnum deinde,quia ex eo,quod 7.Martij fuit cum 6.gradibus & 9.minutis Arietis,8.prædicti cum 6. gradibus,& 16. minutis, tunc eius localem motum 24.horarum spatio fuisse dicatis,& 7.minu orū; igitur in 24.horas 7.dederit minutos quid per horas 18.& 2.minutos exibet;facta ergo proportionali parte septimi per 24.dabit vobis 5.hos quinq; minutos cū gradibus illis 5.Martij,& tunc si prius erant 61.gradus, nouemque minuti, sex tunc erunt gradus,& 14.minuti, imo,& Saturnus cum sex gradibus, & 14.minutis ponetur.

Iuppiter in 7.fuit cum 3.gradibus,& 42.minutis Tauri,in 8.cum 3. gradibus,& 53.min.differetia 42.in 53.est 11.minutor.ergo si 11.demonstrabit in 24.horas minutos,in 18.dabit 8.hos cum illis 7.gradibus Martij vniatis,qui erant grad.3.& 42.& gradus tres atque 50.figurabit minutos.

Mars in 7.Martij cum 15.gradibus,& zero Leonis,fuit in 8. prædicti cum 14.gradibus,& 47.minutis , at quia retrogradus est,defectus fuit tredecim minotorum , igitur si per 24. horas retrogradus est 13. minutorum,quid defecerit per 18. horas ? sed parte facta proportionali,decem defecisse minutos obseruabitis: ex gradibus quindecim , decem excipiatis minutos,& gradus remanebunt 14. & 50. minutorum,cum vna ℞ recisa,eius collaterali,dicens,retrogradus,& ponatis in Leone,Martem,cum 14.gradibus,& 50.minutis.

Venus 7.Martij cum 22.gradibus fuit imo,& cum 17.minutis,Arietis,in 8.cum 23.gradibus, & 27. minutis fuit 24. horarum differentia in 7.minutis consistit,idest in vno gradu,& 11.minutis:facta vero parte proportionali 71. per 18. horas, & 2.minutos , dabit minutos 46. quos supra motum 7. ponetis , & vbi gradus demonstrabat 22. & 16. minutos,nunc 23.gradus,duosque dabit minutos; itaque illam in signo Arietis cum gradibus 23.2.

Mercurius in 7.Martij fuit in signo piscis gradus habens 23. & 48. mi-

minutos,in 8. cum 23.gradibus,& 4.Planeta hic loco,ante ambulandi,retro conuertitur, eiusque est 44.minutorum,igitur si retrogradauit 24.horarum spatio 44.minutis in 18.defecisse 33. obseruabitis:ex 23.& 48.tolle 33.& Mercurius gradus habens 23.& 15.minutos cum eius denominatione,in Pisce,cum 23.& 15.minutis retrogradus.

Vt de reliquis fecistis planetis,ita,& de Capite Dragonis faciatis, 7.petatis Martij,& illum in signo Scorpionis 17.gradibus,& 56.minutis vestitum inuenietis configuratum;in 8.17.gradus, & 53.minutos detines obseruabitur;quod per 24.horas defecerit,erit per tres minutos ergo si in 24.horas, eius est trium defectus minutorum,erit 18. horarum defectus 2.minutorum à 56.numero minutos duos desumatis, eritque remanens 54.quem in signo Scorpionis cum 17.gradibus,& minutis 54.ponatis.

Dragonis Cauda,Dragonis Capiti opposita configurabitur, cum metipsis illis 17.gradibus,& 54.minutis: quia tamen Caput est in Scorpione,eius fuerit oppositum Taurus;cum gradibus ergo,& prædictis minutis ibi figurabitur;itaque pars deinde detrahatur fortunæ tali pacto.

Primo gradus sistatis in Luna;&in quibus gradu,& signis collocata fuit in figura obseruabitur,quando ergo in hac natiuitate nostra Luna est in signo Gemini cum 5.gradibus,& 19. minutis computus ab Ariete initiabitur cum prima zeri denominatione:ex Tauro vnum, à Gemini 2. itaque ponetur Luna signis vestitia duobus imo,& 5.gradibus,& 19.min. Solem deinde sumatis, & cum in signo Piscis gradus habentem 17.& 10.minutos fuerit,in 9. esse dicatis signo quoniam signum primum incipit numerari à zero.

Ponatur ergo signum vt dixi cum signis 2.5.19. Infra Solem cum signis.

11. 17. 10.

Subtrahitur Luna deinde à Sole hoc videlicet modo:à 19.minutis, ab latis 10.remanent 9.à 5.gradibus,excipe 17.non fieri potest,vt numerus componat 30.desunt 13.& 5.supra sunt, suntque 18. & vnum ducis;à signis duobus suscipe 12.remanent duo:quoniam per 12.abit Zodiacus,remanebit ergo Fortuna signa duo,& 18.connotans gradus & 9.minutos.

Deinceps quot exibet horoscopus gradus videbitis quos sumabitis

tis gradus cum signis illis duobus, 18. gradibus, decemque minutis, atque simul summatis vera fortunæ consurget pars. Quoniam vero horoscopus cum 11. gradibus decemque fuit minutis, tales (ut dixi) infra gradus 18. signabitis, sumabuntque 29. gradus: cum minutis 16. 9. vnietis illos 10. eruntque 19.

Vt vbi fortuna fuerit postea collocanda sciatis; primo ab Ascendente initiandum, illudque numerabitur, vt de reliquis supra fecistis signis, à zero E.G. Piscem habet genitura nostra ascendẽtem: incipiatis à Pisce cum zero, ab Ariete cum vno, & cum duobus à Tauro, itaque fortunæ partem supra Tauri signum cum 29. gradibus, & minutis 19. cecidisse videbitis.

Planetis, Capide, & Cauda Draconis cum parte fortunæ expeditis vnumquemque proprio destinabitis loco, & domo, super quem cadent.

Solem in pisce cum 17. gradibus, & 10. minutis.
Lunam in Gemini cum 5. gradibus, & 19. minutis.
Saturnum in Ariete cum gradibus 6. & 14. minutis.
Iouem in Tauro cum tribus gradibus, & 50. min.
Martem in Leone cum 14. gradibus, & 6. min. retrogra.
Venerem in Ariete cum gradibus 23. & 2. min.
Mercurium, in Pisce cum grad. 23. & min. 15. retrogra.
Caput Dragonis in Scorpione cum 17. & 54.
Caudam in signo Tauri cum 17. & 54. vt Caput Dragonis.
Partem Fortunæ in Tauro cum 29. & 19.

De modo in Zodiaci domibus collocandi Planetas. Cap. I.

IN prima domo supra petunt minores gradus E.G. cum 11. gradibus est ascendens noster, e 10. Piscis, Sol cum 17. & 10. minut. atque 11. & 10. maior, & 17. minor supra &c.

In 2. domo minores gradus quoq; petunt supra in 3. vt in 2. minores supra, & infra maiores. In 4. supra maiores infraque minores. In 5. maiores supra infraq; minores. In 6. supra maiores, postque mino-

res. In 7. supra maiores, & postea maiores. In 8. supra maiores, & postea minores. In 9. maiores supra, & minores infra. In 10. supra minores, infraue maiores. In 11. maiores supra, & minores infra. Et in 12. supra minores, infraque maiores. In figura de qua loquimur clarum patet exemplum quò pacto planetas in eorum proprijs scietis gradibus, & signis accomodare locis.

De modo discurendi de duodecim Signis, & septem Planetis. Cap. II.

POstquam figuram componendi vobis modum verum exibui respirationis tempore, vt eius, conuenietis fuerit, si discursum efformemus, ita de zodiaco, vt de 7. quoque Planetis: quoniam vero quòd attulimus singulare est exemplum, talis etiam necessarius erit geniturae nostre discursus.

Breuiter in scientificis fraetus principijs, quid Caelorum hic breui sermone deuelabo, & primo, quòd in duobus temporibus erigi potest figura, vt conceptionis, & respirationis tempore; quia tamen prima perdifficilis est materia, qua haud ex cōsuetudine vtuntur, & amplectuntur Astrologi, paruam apud nos illam assequendi necessitatem ducere videtur, & vt plurimum ab illis multiplici de Capite relinquitur, & hoc primo; quia nullatenus intelligitur, idque, vt adequata causa ab ea recedendi, & quia hanc non paruam haud agredi querunt disputationem 2. qua propter solummodo apud illos videtur amplexā esse respirationem: qui si fortasse quod ad hominem attinet determinatam scire horam geniture conceptionis palparent, certa talia non proferrent: patet apud me, secundum quòd multoties in reconditis lineis, planete pedis obseruauij quid formaliter ex se secundum rem nostram conceptio inportet optime agnouit Hermetes, qui illius cognita necessitate ita fassus fuit, ò quante est apud nos conceptionis horas necessitatis, vt nos cogat multoties respirationis illam finere: ergo quid indè si nunc temporibus nostris multi, & fere omnes partes eorum non curant ortus scribere filiorum, nec mensis, vel anni il-

illorũm natiuitatis recordantur, idq; alteram non agnoſcere cauſam præter magnam eorum ignauiam inſcitiamq; quamobrem, vt figura reſpirationis huius natiuitatis conſpiciant neceſſe eſt, ad hoc, vt cognitionis ſint conſcij, quò pacto dependentiam vnius ab altera probabitis.

Secundum illud initium, quòd à primo ortum ducit principio, vna ex cauſis ſpeculationis meę fuit, cuius, non ſolum partum, e tot meis longis percepi laboribus, veruntamen dilucidationem percepi illius, idque ſituationibus linearum obſeruabitis medijs, in nobis impreſſis tribus in locis topicis corporis, vt fronte, palmis, & plantis pedis, itque per corpora ſublunaria tamquam per certa media hiſce operam dedit obſeruationibus, de quibus certus factus ſum cæleſtibus rebus, & quę in reconditis cæli arcanis, per illas fortaſſe proſpexi. Vt tandem fundatis incipiam alloqui rationibus, ex comuni methoposcopum doctrina, quas diximus lineas, in Creaturis omnibus humanis, tribus in ipſis locis topicis ſignatas eſſe fateor, & quòd in locis prædictis ipſis tunc impreſſe fuere cum è ventre matris ægrediuntur antiquorũ aſſeruit opinio; & iuſta cælorum aſpectus inter ſe, tunc cũ primò reſpirationem agrediuntur nati, in eorum topicis figurantur lineę longa temporis experientia huic exibet propoſitioni reſponſum, in qua fundatus, & auſus eorum eſſe erroneas opiniones demonſtratiua ratione probabo: certum eſt, quod tamdiù, laboraſſent, quandiù ergo in iſtis obſeruationibus, & experimẽtis, aud tali pacto loquuti fuiſſent, quoniam quæ deſignantur in Corporibus noſtris lineæ, non tempore reſpirationis, ſed conceptionis formantur: Duos duces eſſe magnos, vel vt melius, dicam columnas fortiſſimas Theoricam, & praxim eſſe, amphiteatrũ illud magnũ omnino ſubſtinẽtes doctrinæ, tũ, ꝙ ſi fortaſſe his duabus addereter, tertio ò quã mirifici eſſet apud aſtantes aſpectus: ego quidem aliud excogitare non valeré, niſi, quod hæ tres adeo fortes columne vna ſimul coniunctæ trinum quoddam tante apud mundum admirationis componerent; quarum trium in vnum talis eſſet vis magna eorum iuſta vnionem, vt mortalis illius, illas ſegregare auderet. De his tribus itam meo quidem iudicio dicam columnis, tres illas eſſe Mundi immortalitates, quas parum per meis tetigi diſciplinis, & obſeruationibus, & cũ primis ijs duabus adyeci, vt earum magis vim deuclarem, quę Theorica, Praxis ſunt, & experientia; tamquã clarum ſpeculum, & omni depuratum macula mihi

A 2 aby-

abycitur experientia eiusq: assidua cõspectio tantũ erga me fuit virtutis, vt non solum meam verum, & hominum omnium mihi represẽtaui effigiem. Hoc dedi Mundo, vt magis publicis comparetur cum demonstrationibus, eiusque virum sub nomine, & forma lineæ demonstretur optaui; vt mulieres si prò obiecto, vel speculo Vanitates, habent, illud linearum speculum frontis hominis ad metipsos dignoscendos possideant homines.

Vt igitur nostrum pristinum resumamus discursum, solummodo, quòd à conceptione sumitur illud verum esse initium assero, tali nanque tempore omnia suo modo formabilia format, & determinat; imprimit, vt quantæ sint excelentiæ dignoscatur format, vt ex tali formalitate nunc hęc, nunc illa hominis ælucescat figura, & tandem determinat, per tales illas lineas vitalem hominis descursum.


Optime, ex Libris Generationis, & Corruptionis (quòd cum materia illa iam disposita exit emprionis, formalem recipere formam, quantum fieri potest à natura perficitur, atque, disponitur, vt sè perfectionem recipiat formam iam scitis; tunc, & non alio tempore in supradictis locis topicis, formales effomantur lineæ. Hoc primo à posteriori probatur, in die plurimi obseruantur abortus, qui terminum illum respirationis non habent, (vt Antaqui dixere) igitur, non respirationis, sed conceptionis tempore potius imprimi in hominibus lineas retenendum: vnicunq; enim oculos habenti, mortuos ex vero, vel in vtero, fætus in palmis, plantis pedum, fronte signatos, atque organizatos esse patet lineis, secũdo ò quãte mei fuere labores talẽ circa materiam, quam obrem multis de rationibus, breuitatis causa relictis, vt ex argumento facto, lineas conceptionis, non respirationis tempore imprimi necessario putandum. Hoc alijs in laboribus nostris patet fusius.

Hæ quoque lineæ sub alijs formis, diuersisque apparitionibus multoties ælucescunt tale pacto, vt illas aud agnoscenti, quam maxime à consueta apparitione recedentes videãtur, in re tamen sunt idem. Sæpè (vt supra dicta verificentur) obseruaui, quòd quę efformantur conceptionis tẽpore lineæ sunt hę quę actu in hominibus permanent omnibus simulque corpore vegetante ipse crescunt, cum membrorum omnium incremento, quod natiuitatis figura corroborabo, & veritatem puram hanc esse ratione docebo.

Cum obseruassem, in tempore respirationis, alicuius Iouem fuisse

in

in Cancro, in medio cæli collocatum , Veneremq; in Pisce,in quinta eiusque Mercurium in linearum obseruatione frontis,hæ apparuerunt ruptæ, intrinsecatæ maliquè aspectus;Concludamus ergo,si tali tempore ab antiquis probato signarentur lineæ,vtique talem malum aud portenderentur aspectum,sed è contra,longæ rectæ, & profundæ esse deberent: imo in his nostris experimentis compertum oppositum huius quoniam inuenimus, homines, qui Iouem habuerunt in 6.in Capricorno,& Venerem in 12.alij in Scorpione,qui habuerüt Iouialem lineam,& Veneream,rectam,longamque; hęc accidentia tali pacto ęuenire certe non potuissent si à tempore respirationis ortum duxissent lineæ; ig ir ob demõstrationem,obseruationem, & experimentum,quas nos habemus lineas,conceptionis tempore formatas esse dicamus: Conceptio tamquam primum venit principium: vndè secundum,quod est respiratio;Vt vero potiorem vobis demonstrationem tradam,quòd lineæ in conceptione,non respiratione figurantur: obseruate nostras ambas figuras,vt Conceptionis,& respiratis nostræ ex quibus,vnde forma aspectus linearum nostrarum prouenit patebit quas duas,prefixis dedimus locis;obseruate quęso per quòd differt à Conceptione respiratio,itaque vnde eorum primarum initiorum sumant effectus principium videbitis:nostri namque calami infra patet testis,& hęc figura demonstrat.



EST Astrologorum, omnium, & peculiaris Hermetis doctrina, quòd in gradibus illis signoquè in quibus permanserit Luna conceptionis tempore Ascendes tempore respirationis erit; Hęc verissima est obseruatio, tanto magis, quando cum, Animodar, Conformatur aliorum Planetarum, & cum domino pręcipuè primæ, decime domus teste coniunctione, & præcessa oppositione prius peracta; quandò vero nobis, per verificationem, & certificationem figuræ peracta patefactum fuerit, ita respirationis, vt conceptionis tempore dedisse signum Piscis per Ascendentem gradus habentis 11. & 10. minutos in figura conceptionis per regularum obseruationem, tunc duæ insurgunt inter ea differentiæ, vna in figura anni 1585. ex 8. Martij, die Veneris hora 12. & 20. minutis horologij comunis: & in anno 1584. 28. Iu-

Iunij Iouis die,hora 6.& 28.minutis sequētis noctis,quòd iusta Astrologicum computum fuit 28.prædicti hora 12.& 10.minutis post meridiem, cōprobatis itaque illis duabus genituris,nempè respirationis, & conceptionis,& non,nisi in 12.signis zodiaci,parum referentibus, differre illas dignoscemus:si decima tempore respirationis 20.ostensit Sagittarij,in conceptione metipsa 9. dabit Capricorni, Vndecima respirationis exibuit 8.Capricorni,Conceptio 28.Capricorni;12.in respiratione ex Aquario vnum conceptio Aquari 28.desumpsit,in ascēdente respiratio 17.exibuit gradus,decemque minutos Piscis, & in Conceptioone 17.Arietis gradus patefecit.

Hic Piscis est cōsiderādus antiscius in Ariete,&c.& si respirationis tempore Aries fuit interceptum signum in prima,fuit in Conceptione Ascendes] signum, si in 2.respratio,signum habuit Tauri cum zero, ipsummet Taurum gradus 28.habentem in conceptione connotauit si in 3.in respiratione,signum amplexum fuerit Gemini cum zero,in 3.Conceptionis in Gemini cum 21.gradibus; Reliqua vero sex signa ex oppositione sunt(quę supra dixi)tali pacto collocabitis,vt de reliqui fecistis in compositione figuræ respirationis:quandoquè signa cęlestia in 12.domibus zodiaci collocata fuere,planetas etiam situabitis, Capud,Caudamque Dragonis cum parte fortunæ,quæ inter respirationem,& conceptionem continetur differentia, solummodo in Sole est,qui tempore respirationis gradus, habuit 17. decemque minutos signi Piscis,& in primo Conceptionis initio, gradus demonstrauit 6. & 53.minutos Cancri sique Sol in respiratione primam amplexus fuit domum,4.in conceptione sequutus est, si in respiratione adsfuit Luna in 3.gradibus induta 5.& 19.minutis Gemini, in conceptione super 12.cecidit signi Piscis cum 11.gradibus,decemque minutis,qui Ascendentes gradus figuræ respirationis sunt.

Si fuit Saturnus tunc in respirationis tempore,in signo Arietis,gradus sex,& minutos habens 14.In Conceptione Saturnus cum ipsomet Arietis signo fuit gradus 6.& minutos decem amplectentis;si in respirationis tempore intra ascendentem cecidit,in 12.fuit.

Iuppiter,si tunc cum tempus respirationis fuerat in 2.fuit,gradus indicans tres,& 50.minutos Tauri conceptionem, primam detempsisse Tauri cum,zero gradibus,& 14.minutis afferendum.

Màrtis si dum,cum respirat quis,signum habet Leonis, & gradus 14.ac 50.minutos:Tauri signum cum gradibus 20.& 53.minutis eius

am-

amplexisse conceptionem iudicandum,sique 6. sequuto est respiratio, conceptio.

Arietis signum, namquè primam,si Venus in respiratione desumpserit,gradus demonstrans 23.duosque minutos,in Gemini permansisse,eadem gradus habentem 10.& 37.minutos intra 2.in conceptione comprobandum.

Mercurius,respirationis tempore,configuratus im prima in signo Piscis 23.& 15.minutis vestitus Piscis retrogradus;in conceptione in 5.signum indicans Leonis in vno gradu;& 10.minutis.

Capud Dragonis in respiratione si 8.gauissum fuit domo gradus du cens 17.& 54.minutos Scorpionis, eundem habuit Conceptio, gradum ostendens vnum 8. Saggitarij minutos, in 8.similiter.

Dragonis dummodo cauda super 2.cum 14.gradibus,& 54.minutis ceciderit Tauri in respitatione, eandem conceptionis tempore Gemini fuisse sequutam signum in gradu vno, & 18.minutis dicamus.

Tandem,vt non nisi de parte fortunæ discurendum remanet, quæ vtrum respirationis eo tempore cum 29.cecidit gradibus,& 19.minutis Tauri,in 2.domo;In Conceptione fuit in 9.in signo Sagitario cum gradibus 21.& 17.minutis prædicti signi, iam verum, vtrunquè conficiendi,vt conceptionis,& respirationis figuram scripsi;nunc reliquam est,vt earum vobis tradam singulatim indicationes, quas(vt supra promissi)breui ordine perscribam,primo de 12.dicam domibus cęlestibus,& de 7.planetis deinceps;Primo breuiter dicam,circa signa 12. cælestia : de prima domo prius, & ex hac gradatim vltimam,nempè 12.petam.

Supra prima domum,Piscis cadit signum,gradus habens 11.decemque minutos,Huius domus indicationes sunt,in respiratione;bonum fortunæ mediocrè,veruntamen quia signum interceptum supra illam cadens est signum Arietis,hic non potuit aud sæpissimis affici in eius pueritia as infirmatibus.

Domus 2. Tauri habuit collocatum signum, paternum patrimonium,cum magnis lucribus propriam ob causam indicans.

Tertia domus, Gemini sequuta est signum; inter frates primum obtenturum locum,quorum consequetur hęreditates demonstrat.

Idem Gemini, n 4.domo manet signum;maximam ingenij profunditatem,bona stabilia,& fortunæ,consiliorum studio afferentem.

Qin-

Quinta domus Caneri configuratus habet signum cum Trino Solis,& Mercurij,viati cum lætum bonos æuentus, atquè suorum patruum conatos multos,vt hęres constituatur,decentem.

Sexta,Leonis habet signum,hic varias, aud fugere poterit infirmitates,pręcipuè in infantia,& pueritia pauca apud seruos,& mancipia fruetur fortuna,vt quoque cum irrationalibus bestijs In 7.signū moratur Virginis,cuius æuentus sunt:probæ versationes, & fortuna,ob speculationem,& magna negotia, & honores atque ingeniosarum rerum causa;hic à scientis,optimum detrahet nomen, veruntamen litigia,& contentiones fugere non poterit;super eandem 7.signum interceptum cadit,Libra,quòd Arieti opponitur;Hic Illustratum mulierum honores,amores,& vtilitates propinatur.

Domus 8.signum habet Scorpionis configuratum,& paucam cum seruis fortunam,& seruilibus hominibus portendit.

Possessum habet 9.domus Sagittarij, signi, quamobrem ab externis,hic,multopere amabitur imo,& quam maxime in longinguis regionibus venerabitur,magis,ac in propria eius regione.

Iterumet signum Sagittarij decimam detinet domū.Hic nascens,à præclaribus hominibus,insignisquè substentabitur solus, à dominis magnis,talis,eorum causa negotiorum, actionum, consiliorumquè amore prosequetur.

Fixum est in 11,Capricorni signum,quòd supra inimicos ostendit victoriam,illorumque natus, dextructionem conspiciet,amicorum gratia summis venerabitur honoribus,& vtilitatibus.

Domus 12.signum habet Aquarij detentum ,cuius influxus sunt, quòd sint primis motibus nati dediti,furiosi,iracundi,& super inimicos vigiles,quos,quamquam vincant,alij deinde contra illos consurgent,& occurent.

His prædictis expeditis 12.signis per 12.zodiaci domos, vt,de 7. quoque Planetis aliqua dicamus necesse est, & primo incipiemus à Sole,qui cum in prima cum Piscis signo fuisset has indicat demonstrationes,nempè animi nobilitatem,virtutis augumentum , bonam apud principes fortunam,eritquè inter fratres maior, Ecclesiasticos habebunt multopere familiares,& in iuuentute à magna vexabuntur libidine. Luna quia signum, hic,amplexa est Gemini,in 3.domo hos proba intelligentia,& comunicatione in eorū discursibus ornare non finet:peregrinationes celebrabūt honore multo imo, & hominorum

magnorum amicitiam consequentur.

Saturnus, quia in prima residet domo in signo Arietis, natus cuius patris constituitur hæres, imo, & fratuum suorum, tamen non sine multis curarum cogitationibus hic profundè speculabit, verum tamen à terrarum affictibus se caueat, vt etiam credita Hunc Saturnus, primis affectum motibus, furiosum, & ira plenū redit, qui vt plurimum cordis asperitatem tenacitatemquè demonstrabit.

Iuppiter 2. possidens in signo Tauri; demonstrat hominem futurum boni ingenij, & fortunæ, versationes, & amicitias inter nobiles, & præsertim Ecclesiasticos, muliesquè nobiles à quibus humanitates detrahet magnas fundabit.

Quam quam ex se, & secundum inclinationes suas malus sit Mars, quia in signo Leonis est, in 6. configuratus, quæ eius est gaudium, tamen calidorum causa humorum infirmitates, danna propter seruos, & homines seruiles; affectiones stomachi subiectæ ferris, mortemque repentinā, potendi, & inter has indicationes omnes, speculatio alucescit, & circa res ingneas exercitia.

Venere in Ariete, primam possidente domum, homines legæ vitię, fortis salutis, atquè temperiei futuros afferimus his, his musica solatia eiusquè locos delectabiles, pictura, & decoramenta delectabunt.

Si Piscem annexum in domo prima detenserit Mercurius, natos sublimis ingenij, occultarum rerum inuentores, vt scientiarum, & excelsorum hominum amicitiam amplexuros, celebrat.

Bonæ temperiei, liberalis animi, honores hæredesquè Dragonis capud in octaua promittit homines. secundam sequitur Cauda domum in signo Tauri, & casus perniciosos cum fortunæ bonorum amissione ostendit.

Pars fortunæ dum fuerit in Tauro secundam continens domum, multiplici de Causa nascentem bona hornatum fortuna demonstrabit, & præcipue ob donis, viaticis, ingenijquè causa, & lætitijs.

Quas omnes iam nos supra descripsimus indicationes, non propter aliud fuere taliter demōstrata, nisi, vt tantum cęlestium Corporum simplices paterent substātiæ, vt etiam quò pacto eorum in nobis influant influentias; Hoc tamen scitote, quòd, quas nos supra Propositiones docuimus, potius Phy onomicæ fuere quam Astrologicæ, quę quidem dum tales fuerunt, aud in longius nostrum protendere discursum, sed de 12. tantum cælestibus signis, & 7. Planetis loquuti fuimus:

qui

qui aſpectuum ratione maiores,minoreſque ſunt aliquando,cælorum effectus proſequendo , huius exemplum hoc eſt. Cauda Dragonis in malis minandis effectibus,ò quam pernicioſa eſt,verũtamen ſi ſolem per Seſtilem partilem Martemquè in 6.in ſigno Leonis per Quadratum configuratum haberet,& dum Martis(Cauda ipſa) offenſum recipiet applicaretur Venus, Trino plattico,Martis, tunc Caudæ prædictæ tanta ruit malignitas, & planetarum ſupradictorum benignitatem ſuſciperet,atq,tanta moderaretur malignitas; metipſi Planetarũ aſpectus ſunt,qui ita ſigna, vt planetas illos diminuunt.& fortiora reddunt:horumquè dum perpendere velis effectus,directiones habere prę oculis debes quoniam hęc ſunt,quæ ita fortunarum, vt portentorum obiecta,& termini conſtituuntur.

Ecce iam differentiæ illæ duæ inter genituram reſpirationis dilucidatæ fuere , quia tàmen , aliud primo intuita aliud illis examinatis demonſtrare videntur,diuerſum quid in reſpiratione,aliuduè in conceptione promittere iudicamus,nempè caſum pręcipitem in Conceptione,& ad ſydera veluti extolli in reſpiratione , propoſitionum harum omnium vobis rationes tradam;& primo geniture omne ſcopum in radice conceptionis primo detineri , ibi enim potentiæ moram faciunt ſuperiores, quæ fundamentum ſunt primo à conceptione receptum;Cum enim componere genituræ figuram volumus peculiare illam comitatur colloquium de virtutibus, & animi qualitatibns:Si formalis diſpoſitio , quæ illud efformauit compoſitum à Conceptione aud eius ortum duxiſſet primum initium, quonam modo, ab eo dependens , non productum , formam recipere potuiſſet ; quòd ſi obijcies hoc reſponſum,has qualitates à reſpirationis genitura deſumi,tunc has qualitatis pro forma , in conceptione , pręfixam horam recepiſſe reſpirationis,reſpõdemus,quare primum fundamentum in conceptione fuiſſe probatum remanet huic ſcias totam corpoream additam eſſe molem, per quem,tamquam per idoneum medium,influxus recipiunt cæleſtes,ſuperioriquè hunc parti,pars ſubijcitur inferior:Inter cætere ſolem,ingenitura reſpirationes in Corpore Saturni,minari mortem;illudquè in concepetione defendit , & viuificati compretum . Vt namque ſingulatim decernentia omnia in hoc æluceſcant diſcurſu , è cælis decidentes influxus in ſublunaribus ęnucleabimus: tali .n. pactò hic ſecundus ſe habebit diſcurſus,de tempore conceptionis noſtræ,quò reſpirationis ille factus , huius obſerua-

tiones multoties labore nō pauco experti sumus, vt alijs in locis dixi, & lineis medijs planetæ pedis ostensi; Methoposcopica confirmatione frontis, circa quam longo tempore versatus fuit.

